GODEFRIDUS ADMONTENSIS
Admont, 2. Hälfte 12. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25968
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Dominica Septima. Marcum.
Cum turba multa esset cum Ihu. et non habe-
bant qd manducarent. convocans ihe discipulos
suos ait. Misereor sup turbam. quia ecce iam triduo sustinent me. nec habent qd manducent. Omel. Lect. e.
Hodiernae Dominicae. quae ab exordio Domi-
nicarum festivarum quas celebramus. septima
in ordine succedit. septimae diei congruit et respondet.
in qua ds pat perfectis et creatis omnibus. ab universo ope
qd patrarat requievit. sicut in libro genesi scriptum est.
Igitur perfecti sunt celi et terra. et omnis ornatus eorum. Com
pleuitq; ds die septimo opus suum qd fecerat. et requievit
ab omni ope qd patrarat. Et benedixit ds diei septimo.
et sanctificavit eam. quia in eo cessavit ab universo ope qd
creavit ds ut faceret. Per celum anglica. per terram humana
natura potest designari. Hec utraq; natura angloru mde
licet et hominum tunc perfecta est. quando ad eternitatem
creata est. ea perfectione. que congruit meipsam naturae.
Omnis autem ornatus anglice creaturae perfectus est. quando
post lapsum malorum angloru facta est confirmatio bonorum
angloru. et illis, ppter superbiam a deo derectis. istis datum est in mu
nere. ut nunq. cadere possent. Sic erat omnis ornatus anglicae
creaturae. sic et omnis ornatus humanae naturae tunc pfi
cietur: cum omnes electi et iusti occurrent in virum
perfectum. in mensura etatis plenitudinis xpi. cum filio
tradiderit regnum deo patri. et erit ds omnia in omnibus.
Quid est tradere regnum deo patri. Tradere regnum deo
patri. est omnes seos perducere ad visionem dei patris.